

17. lekce

Přeložte:

Utrum hoc vērū est an nōn? Estne frāter domī? Utrum intellegitis, quae magister explicat, an nōn? Philippus rēx cum exercitū in agrōs Lacedaemoniōrum ingressus interrogāvit eōs: „Utrum vultis mē venīre hostem an amīcum?“ Illī respondērunt: „Neutrum.“

De Scipione Nasica et Ennio

Cum P. Cornelius Nasīca ad Ennium poētam venisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset eum domi non esse, Nasīca sensit illam domini iussu id dixisse et illum intus esse. Accipe nunc quid postea Nasīca fecerit. Paucis post diēbus cum Ennius ad Nasīcam venisset et eum a ianuā quaereret, exclamāvit Nasīca se domi non esse, etsi domi erat. Tum Ennius indignatus quod Nasīca tum aperte mentiebātur: “Quid?” inquit “Ego non cognosco vocem tuam?” Visne scire quid Nasīca responderit? “Homo es impudens. Ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse; tu mihi ipsi non credis?”

(Cicero, *De oratore*, II, 68, 276)